



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies  
quadraginta**

**Flavin, Melchior de**

**Parisiis, 1566**

De misera hominis servitute sub regno & tyrannide diaboli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29986**

tur per illam. Vide tempore Israelis prophetarum Apostolorum, &c. Vnde Augustinus de vero cultu, Credo tres partes mundi fore damnandas. Illud tamen regnum nō constat hominibus liberis, sed extremæ seruitutis: de qua fusissimè sequenti capitulo.

*De misera hominis seruitute sub regno & tyrannide diaboli.* CAP. IO

**T**antum est bonum libertatis & inestimabile, vt multi pretulerint vitæ propriæ. Vnde ex Orosio lib. 4. regina Carthaginis cum præcipuis sponte profiliit in ignem, ne fieret captiua Romanorū. Hæc fuit præcipuè causa quòd strenuè & indefessè certauerint Romani non parcentes neque laboribus, neque vitæ ex August. de Ciuit. &c. Cicero & Iurisconsulti arbitratur postremum omnium malorum seruitutem, quam comparant morti. Illā fugiunt animalia, aues, & quicquid habet vitam. Vide Gen. 15. quādo reuelata seruitus Ægyptiaca Abrahamæ qualis eum horror inuaserit. quot clamores illius populi in illa dura captiuitate

August. de  
ciuit. Dei.  
Cic. 2. philippic. & de  
Nat. Deor.  
Iuriscon. in  
l. seruitutem  
ff. de reg.  
Iur.  
Gen. 15.



te Pharaonis, Exod. 3. De captiuitate au-  
 tem Babylonis Psal. 136. Super flumina  
 Babylonis illic fleuimus, & sedimus in fa-  
 licibus: in medio eius suspendimus orga-  
 na nostra. Quam etiam complebant vita  
 defuncti, secundum Hebræos Hierem. 31.  
 Vox in rama audita est, Rachel plorans  
 filios suos transeuntes iuxta sepulchrum  
 eius cum adducerentur in Babylonem.  
 Ea tamen captiuitas tantum corporum  
 erat. At per dies passim longè grauior  
 est captiuitas spiritualis, & quanto perso-  
 na est magis libera, dominans cæteris, tã-  
 to grauior est seruitus. Homo autem ex  
 ipso suo primordio, liber erat à peccato,  
 omni miseria, imò omni seruitute quæ ex  
 peccato primùm orta est, Gen. 9. & 19.  
 de Ciuit. Erat præterea mundi rex, hæres  
 omnium, ceu filius Dei, cui omnes crea-  
 turæ obediebant, cui seruebant angeli,  
 Hebr. 1. Omnes sunt administratores spi-  
 ritus &c. & Psal. 90. Angelis suis manda-  
 uit de te, sed per peccatum, redactus est  
 in extremam seruitutem Rom. 5. & 6. &  
 2. Petri 2. Et nos ex tali patre seruo nati  
 serui Exod. 21. Filij seruorum erant serui:  
 Præterea eramus filij iræ ad Eph. 2. Præ-

Exod. 3.  
Psal. 136.

Hierem. 31.

Gen. 9. &  
19. de Ciuit

Hebr. 1.

Psal. 90.

Rom. 5. & 6  
2. Petri. 2.

Exod. 21.  
Ephes. 2.



ter illam autem seruitutem paternam, vendideramus nosmet ipsos diabolo, Esa. 50. in iniquitatibus vestris venditi estis, Ambrosius de vita beata, Voluntarium seruum sibi diabolus auctonatur: neminē iugo seruitutis astrictū possidet, nisi ipse se prius ei, peccatorum ære, vendiderit. Illud autem æs est delectatio peccati. De illa seruitute 2. ad Timoth. 2. Captiui tenentur ad eius voluntatem. Enimuerò seruus non est dominus suæ voluntatis, sed eius dominus. Ideo faciunt quod suggerit diabolus, ex August. captiui sunt extra patriam suam ad exequendā voluntatem eius. Permaximè autem dominantur iis, qui sunt in erroribus Ephes. 2. & Coloss. 2. Operatur in filios incredulitatis. Idcirco dicitur princeps tenebrarum, Eph. 2. 4. 5. 6. & Luc. 22. id est infidelium & hæreticorum. Et cum ille sit omnibus hominibus fortior, Iob. 41. & Luc. 11. Nō est quisquam qui possit eripere hæreticū de manu eius nisi intercesserit magna Dei potentia 1. Pet. 4. & 2. Pet. 2. Unde de desertoribus fidei Luc. 11. assumit septem spiritus nequiores se, id est multos, & ingressi habitant ibi, & sunt nouissima pe-

Esa. 50.

15. quæst. 10.  
Non est.

2. Timoth. 2.

Eph. 2. &  
Coloss. 2.

Eph. 2. 4.

5. 6.

Luc. 22.

Iob. 41.

Luc. 11.

1. Pet. 4.

2. Pet. 2.

Luc. 11.



Hebr. 6. iora prioribus, Heb. 6. Impossibile est eos  
 qui semel illuminati sunt, &c. & prolapsi  
 sunt rursus ad pœnitentiam reuocati.  
 Atqui quæadmodum Christus fide vnit  
 sibi suum corpus mysticum, & eius mem-  
 bra, sic diabolus infidelitate & corpus &  
 membra sua, vt fit communicatio idio-  
 matum. Quare dicitur diabolus homo.  
 Matth. 13. & Psal. 51. & homo nequam di-  
 citur diabolus Ioan. 6. vnus ex vobis dia-  
 bolus est, scilicet Iudas. Illa enim seruitus  
 durissima est primùm quia tyrannus for-  
 tissimus est Iob. 41. & Luc. 11. Esa. 49. Nū-  
 quid tolletur à forti, præda? solus enim  
 Christus potens est, ad vindicandum à  
 tali seruitute, Esa. 9. Matt. 12. & Coloss. 1.  
 & 2. Siquidem ad hoc quod emergamus  
 tali seruitute, opus est pœnitentia, quæ à  
 Deo est 2. ad Timoth. 2. Si forsan det il-  
 lis Deus pœnitentiam & respiscant à la-  
 queis diaboli: opus est etiam fide dono  
 Dei qua vincitur, 1. Pet. 5. cui resistite for-  
 tes in fide. Ideo ei supra modum aduersa-  
 tur, & molitur multifariam subuercere.  
 Vnde Luc. 22. Satanæ expetiuit vos, vt  
 cribraret sicut triticum: ego autem roga-  
 ui pro te vt non deficiat fides tua. Secun-



dò immanis est illa seruitus. Quandoquidem ille tyrannus est inimicus noster, *μισανθρωπος ἀσβιδάκτος*, hominum irreconciliabilis hostis, qui (ex Gregorio) nullo placatur obsequio, *ἀνεύατος*, nullam dans suis requiem, Trenor. 3. Lassis non dabatur requies, Hierem. 16. Seruietis diis alienis qui non dabunt vobis requiē die neque nocte. Primò affliguntur sui hīc inopia Psal. 33. Diuites egerunt, & esurierunt Luc. 15. Is qui profectus fuerat in regionem longinquam cœpit egere. Tametsi inopia huius sæculi minima est prout est alia vêturi sæculi Luc. 16. & Esa. 65. Serui mei comedent, & vos esurietis. Adhæc sunt ligatis manibus & pedibus in carcere. Matth. 18. & 22. Adde quod is tyrannus non est proximus noster. Nam Luc. 10. dicitur proximus qui potest prestare misericordiam, vel cui potest prestari: quorum neutrum pertinet diabolo Vnde Gregorius, Stultū est offenso Deo, seruire diabolo, qui nullo placatur obsequio: cui quantò plus homo seruerit, tantò amplius eum torquebit. Is sæuissimus tyrannus non contentus patribus, iubebat filios immolari Deu. 32. Psal. 106.



Ezech. 16.

Eze. 11.

Ezech. 16. Eze. 11. Agamenon immolauit filium proprium, vt haberet ventos secundos. Pyrrhus immolauit Astyanactem filium Hectoris, ad sepulchrum Achillis. Suscitabat bella, vt impleretur infernus, Oenomanus philosophus & orator græcus, libro de falsitate oraculorum, cum Athenienses premerentur fame ob necem Androgæi, consulunt Apollinem, qui iussit vt singulis annis mitterent septem mares & tot fœminas in Crætam, sacrificandas. Expende quæ turpia eo ciente committebantur in festis Veneris, Priappi, Bacchi: quæ in ludis scænicis inuenerunt etiam peccata innaturalia, de quibus, Rom. 1. & cõsulunt. Illud autem regnum super genus humanum, non est nactus diabolus suo merito, sed quoniam homo illi cõtra legem Dei consenserat, Dei iusto iudicio factus est captiuus sub eius tyrannide: quemadmodum Nabuchodon. sua mala voluntate subiecit populũ Dei, qui tamen ex Dei iustitia merebatur esse subiectus & Dominus volebat illi solui tributum: quemadmodum & latro soluit lictori. Quapropter non erat faciendum satis illi tortori vt eximeremur illa serui-

Rom. 1.



tute sed Deo, qui donec pendamus peccati debitum nos subiecerat illi, quod nunc persolutum est à Christo.

*Quomodo Christus debellavit Satanam, & expulit à regno suo.*

CAP. II.



Imperatores post insignes suas victorias & triumphos, curarunt habere qui scriberent eorum praelia & victorias Herodotum, Homerum, Iustinum, Titum Livium, Suetonium, Valerium, Eutropium: scriptura autem tam veteris quam novi instrumenti, tanquam unum ex precipuis mysteriis Messiae, exponit & bella & victorias Messiae, de quibus fusissimè Ezech. 38. 39. Zac. ultimo, & Soph. 4. & David, Psal. 71. Unde bella veteris testamenti, de quibus in lib. Moyfi. Iudicum & regum, adumbrabant bella & triumphos Christi, per quae liberati sumus maximè à peccato, Psal. 71. & 129. Siquidem anima potior est corpore & bonis, quae mundus potest sibi subijcere tyrannide. Attamen liberatio à servitute istorum corporalium plurimum confert ad libertatem animae: Quomodo (in-

Ezech. 38. 39.  
Zach. vlti.  
& Soph. 4.  
& David  
Psal. 71.

Psal. 71.  
& 129.